



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

30. Quod adhuc viuentes sunt felicißimi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

visione & fruitione diuinitatis cum plena remuneratione obtinent, nulla anima mereatur accipere, donec ab omni macula perfectè purgata, intret in gaudium Domini sui.

Ludovicus Blosius cap. 10. Monialis spiritualis, ex lib.

Insinuation. diuine pietatis. Sine tribulatione & molestia regnum Dei obtineri non potest.

CAP. XXIX.

Qum virgo Gertrudis commiseratione mota, oraret pro quadam persona, quam audierat impatienter conquerentem, quod Deus grauamina sibi immitteret salutis suæ minus conuenientia: respondit ei Dominus: Dices illi, pro qua oras, vt quia sine aliqua saltem tribulatione vel molestia regnum caeleste obtineri non potest, eligat atque indicet quænam grauamina sibi vtilia esse putat: & quum hæc ipsi euenerint, seruet patientiam. In quibus verbis Domini Gertrudis intellexit, periculosissimū genus impatientiæ esse, quando homo peruersè ac superbè eligere vult quæ ferat: dicens salutis suæ minus competere, seque non posse sustinere ea grauamina, quæ sibi à Deo immittuntur. Oportet enim, vt quilibet semper cõfidat illud conuenientissimū & vtilissimū esse, quod sibi Deus imponit, aut euenire permittit: & quãdo hoc non omninò patienter sustinet, inde seipsum humiliare debet. *Ex lib. 4. cap. 4. Spiritualis gratia. Quod adhuc uiuentes sunt felicissimi.*

Rr 3

CAP.

Religiosissima virgo Mechtildis, (quam Ludouicus Blofius Abbas doctiffimus miris præconiis commendat) cum creberri-
mè à fponfo fuo Chrifto, cui fe totam confe-
crauerat, vifitaretur, multaquæ admiranda co-
gnofceret, audiuit aliquando inter cætera
fanctos fibi dicentes: Eia, quàm felices vos eftis,
qui adhuc viuitis in terris, & quàm multa
promereri poteflis: quia fi homo fciret, quanta
vna etiam die promereri poffet, mox à fom-
no cuigilaret, tanto gaudio coreius dilatare-
tur, pro eo quod dies illa illuxiffet, in quo Deo
viuere, & ex Dei gratia fuum meritum ad Dei
laudem augere poffet, quod tota die ad omnia
quæ agere aut pati deberet, alacrior & fortior
videretur. Hanc arbitror effe illam Mechtil-
dim, quæ in pago Eichfel Conftantiensis dice-
ceffis cum fanctis virginibus Kunegunde &
Viberade requiefcit, apud quarum memori-
am cum iam ante pleraq; facta effent, & præ-
fente Iacobo Merbolt Bambergensis diceceffis
clerico, à Raimundo Cardinali Gurceni ad
rci veritatem inquirendam iftuc ablegato, tria
fierent insignia miracula, iuffit eas in honore
haberi. Anno 1503. vt videre eft apud Lauren-
tium Surium in Chronicis. Qui parè femi-
nat, inquit Apoftolus, parè & metet Opera
enim illorum fequantur illos Et ipfe Domi-
nus: Negotiamini dum venio. Et alibi expo-
ftulat

LIBER VIII.

94

stulat cum seruo nequam & otioso, quod pecuniam suam non dedisset ad vsuram.

De inuentione librorum Moralium B. Gregorij Magni. Habetur in principio operum D. Gregor. De admirabili & incunda visione B. Tagionis Episcopi in basilica sanctorum Apostolorum Petri & Pauli Romae.

CAP. XXXI.

Beatu8 Gregorius Papa librum beati Iob, petente sancto Leandro Hispalensi Episcopo, exposuit, sicut in prologo Moralium patenter videri potest, & ei expositu8 tradidit. Illeque expositum eum in Hispaniam ad sedem Hispalensem detulit. Hispalensis autem ciuitas vulgari nomine Sybilia vocatur, & est Metropolis Hispaniæ, Decedente ergo beato Leandro, sanctus Isidorus, germanus eius, doctor præcipuus, loco eius factus est Archiepiscopus. Post cuius decessum, libri Moralium, quos beatus Leander attulerat, ita per negligentiam perditum sunt, vt in tota Hispania non inuenirentur. Post aliquot ergo annos Cyndefindus rex Hispaniæ concilium triginta Episcoporum in vrbe Toletana cõgregauit, vbi quærimonia facta de amissione Moralium, vnanimi consilio Episcoporum, præfatus rex Tagionem Cæsaraugustanũ Episcopum Romanam misit cum epistolis ad Papam, pro quærendis eisdem libris. Erat enim Tagio Episcopus diuinæ scripturæ amator feruentissimus.

R r 4 Venit